A. D. 1902.

CURRENDA V.

N. 2082.

NOWENNA DO DUCHA ŚW.

przed Uroczystością Zielonych Świątek.

JEGo Eminencya Kardynał Ferrata, Prefekt św. Kongregacyi Obrzędów nadesłał do Ordynaryatu Biskupiego następujące pismo:

REVERENDISSIME DOMINE!

Ad fovendum in christiano populo pietatis studium *erga divinum Spiritum, Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XIII. die IX. Maii an.* MDCCCLXXXXVII. ad universos episcopos, uti nosti, Litteras dedit encyclicas *Divinum illud munus*, apostolicae caritatis sapientiaeque plenas.

Plura in ipsis Beatissimus Pater de mysterio Trinitatis augustae, ac praesertim de praesentia et virtute mirifica Spiritus Sancti opportune edocuit: tum omnes e clero, nominatimque concionatores sacros animarumque curatores maiorem in modum hortatus est, ut quae ad Spiritum Sanctum pertinent, diligentius atque uberius christiano populo traderent. Quo magis enim excitetur vigeatque in animis de Ipso fides, eo facilius christiani homines assuescent divinum Paraclitum, *altissimi donum Dei*, et amare ardentius et impensius implorare. — Adventantibus insuper sacrae Pentecostes sollemnibus, Summus ipse Pontifex per easdem litteras decrevit et mandavit ut per orbem catholicum universum *supplicatio novendialis in omnibus curialibus templis, et si Ordinariis locorum utile videretur, in aliis etiam templis sacrariisve fieret.* Plura demum de thesauro Ecclesiae benigne in perpetuum largitus est sacrae indulgentiae munera, *etiam per octavam Solemnitatis a fidelibus lucranda.*

Iamvero Sanctitas Sua vehementer exoptat ut quae tunc, monendo hortandoque, edixit, ea in omnium animis, diligenti Cleri opera, et viva insideant, et perennes uberesque ad maiorem divini Spiritus gloriam afferant salutariter fructus. Hanc ipsam ob causam exemplar earumdem Litterarum, iussu eiusdem Beatissimi Patris, ad Te una mitto.—Quoniam vero decursu temporis, ut alicubi accidisse constat, a nonnullis existimatum est, *decretum de ea novendiali supplicatione, ad supra dictum tantummodo annum MDCCCLXXXXVII spectasse, magni refert ut sit apprime cognitum, quae in memoratis litteris sunt praescripta, tum de eadem supplicatione tum de sacrae indulgentiae muneribus, pro singulis in perpetuum annis sancita fuisse. — Quam quidem novendialem supplicationem eo magis Summus Pontifex vult omnibus enixe commendatam, quod ad finem sane praestantissimum, scilicet ad maturandum christianae unitatis bonum, de quo tantopere sollicita est Sanctitas Sua, eam ipsam praecipue ordinaverit.*

Haec habui quae mandato augusti Pontificis Amplitudini Tuae perscriberem. Ipsa vero Sanctitas Sua spem certam fovet, Episcoporum hac etiam in re navitati et industriae alacritatem Cleri, Deo bene iuvante, responsuram.

Interim Amplitudini Tuae fausta cuncta ex animo adprecor.

Romae, ex Secretaria SS. Rituum Congregationis die 18 Aprilis 1902.

Amplitudinis Tuae uti Frater addictissimus

D. CARD. FERRATA S. R. C. Praefectus.

D. PANICI Archiep. Laodicen. S. R. C. Secretarius.

W myśl powyższego pisma, powołując się na Kurendę X. i XI. z r. 1897, w której ogłoszona jest Encyklika Ojca św. Leona XIII. „*Divinum illud munus*“ z dnia 9go Maja 1897 — polecamy niniejszem, aby *odtąd rok rocznie* we wszystkich kościołach *parafialnych i zakonnych* odprawiała się **Nowenna** czyli nabożeństwo dziewięć dni trwające **do Ducha św.** i to przez dziewięć dni poprzedzające Uroczystość **Zielonych Świątek**. Nowenna ta ma się odprawiać w sposób następujący:

I. Przez dziewięć dni przed uroczystością Zesłania Ducha św. należy po Prymaryi wystawić Przenajświętszy Sakrament w puszce i odśpiewać hymn „*Veni Creator Spiritus*“ po łacinie albo o ile można ten sam hymn po polsku według dyecezalnego śpiewnika „*Pzybądź Duchu św.*“ (zeszyt II. str. 53).

II. Po skończonym hymnie należy odśpiewać:

V. Panie wysłuchaj modlitwy nasze
R. A wołanie nasze niech do Ciebie przyjdzie.

Módlmy się:

Duchu św. Stworzycielu, przybądź łaskawie na pomoc wszystkiemu kościołowi katolickiemu przeciwko najazdom nieprzyjaciół, utwierdź go i wzmocnij Twą mocą z wysoka; odnów ducha sług Twoich, których namaściłeś Twą miłością i łaską, aby w Tobie sławili Ojca i Syna Jego Jednorodzonego, Jezusa Chrystusa, Pana naszego. — Amen.

(Odpust 300 dni raz na dzień za odmówienie tej modlitwy pobożnie i z sercem skruszonem. Leon XIII. Św. Kon. Ob. z d. 26. sierp. 1889).

III. Następnie odmówić należy 7 razy *Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi św.* itd. dla uproszenia siedmiu darów Ducha św. w celu rozszerzenia wiary wedle intencyi Ojca św. (Odpust 7 dni).

IV. Po tych modlitwach należy udzielić błogosławieństwa Najświętszym Sakramentem i odśpiewać po 3 kroć! *Niechaj będzie pochwalony*.....

Nowennę tę należy zapowiedzieć z ambony w Uroczystość Wniebowstąpienia Pańskiego i pouczyć, że ona jest życzeniem i nakazem Ojca św. — należy też przypomnieć i wyłożyć naukę o Duchu św. i o Jego darach, i zachęcić do pilnego uczęszczania na wspomnianą Nowennę i do gorących modłów wedle intencyi Ojca św.

Z ORDYNARYATU BISKUPIEGO

w Tarnowie d. 3. maja 1902.

† LEON

Biskup.

Nakładem Kleru dyecezalnego. Drukiem Józefa Styrny w Tarnowie.